Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Testis examinatus dicit articulum fore verum quia a multis audivit plurimum et diversa miracula circa tumbam beati Leopoldi facta esse Interrogatus secundo interrogatoria super denotata testis respondendo dixit quod
Dictam Dorotheam vxorem Pauli aurifeci ante infirmitatem et eciam infirmam per triginta duas septimas quotidie febres habentem novit et vidit et quod postmodum infra triduum eandem omnino sanam et prestine sanitati restitutam ac eciam ex post plusquam per quatuor annos iterum maribus et pedibus et omnibus suis membris contractam in lecto exputrefactis iacentem vidit et demum eciam infra quatuor dies postquam iterum in lecto se infirmam iacentem vidisset sanam et totaliter prestine sanitati restitutam ex post vidit vnde valde admiratus interrogavit eandem quomodo tam cito ab huiusmodi infirmitatibus liberata et sanata esset Que vera predicta et miracula per merita beati Leopoldi ostensa sibi retulit Qui magnificans deum et beatum Leopoldum ipsam Dorotheam consolatus est Tanquam sibi eciam allegavit quia vicina ipsius Dorothee est quam usque in hodiernum diem ex post sanam vidit et novit Credens firmiter hec ex meritis beati Leopoldi miraculosi accidisse

Super vicesimo articulo incipiens Item quod cum huiusmodi miracula id testis examinatus dicit articulum fore verum quia propter illa et alia miracula que facta esse audivit ipsius devotio augmentata fuit et in dies augeatur

Super vicesimoprimo et vicesimosecundo articulis incipiens Item quod talia miracula id et Item quod omnia miracula id testis examinatus dicit articulos fore veros quia non credit quod possit aliter fieri quam supra naturaliter et miraculose

Super vicesimotertio articulo incipiens Item quod quotidie adhuc id testis examinatus dicit articulum fore verum quia a fide dignis personis et eciam certis suis vicinis audivit qualiter ipsi nonnulli interfuerunt et viderunt quendam puerum qui ex quodam puteo extractus et mortuus ad tumbam beati Leopoldi delatus fuerit Circa quam tempus et sanatus fuit et circa nonnulla alia paucis diebus elapsis fore facta miracula audivit sed nescit qualia

Super vicesimoquarto articulo incipiens Item de predictis omnibus id testis examinatus dicit articulum fore verum quia hodie ita fama tenet

Et fuit interrogatus ex officio testis prout est moris id

Eadem die fuit examinata discreta mulier Agnes vxor Nicolai fabri de Kirchlinn Patauien diocesis etatis sue annorum Triginta quinque vel circa contestis prefate Dorothee id que deposuit ut sequitur

Et primo super Primo secundo et aliis articulis usque ad vndecimum inclusive testis examinata dixit articulos fore veros quia semper ita a semoribus suis audivit

Super duodecimo articulo incipiens Item quod propter bona opera sua id testis